



XIII.

PISCES ZODIACI INFE-
rioris :

vel

DE SOLVTIONE PHI-
LOSOPHICA.

Cum enigmatica totius Lapidis Epitome,

LVCARODARGIROEUTO,
piensi autore.

VNIVERSO PHILOSOPHORVM ORDINI
*Lucas Rodargirus Eutopiensis salutem
per Christum.*



H A L E S ille Milesius, qui ob eximias animi, dotes quondam in Græcia nomine Sapientis primus est appellatus, ubi rescivisset Pherecydem, minimè vulgari doctrina virum: de rebus divinis convocata concione differere instituisse, scripsit ad eum, consultius videri, si quæ de rebus tam arduis domi observasset, ea privatim amicis, iudicio certiore, & magis polito præditis, legenda proponeret. Sublimia enim illa sensa crassæ & imperitæ multitudini, aut certè perquam exiguum, allatura esse operæ pretium.

Præclarum hoc Thaletis documentum, viri Chymicistæ, meditati mihi scribere: nescio quid de reconditiore illa philosophiæ naturalis parte, quæ de Lapide philosophorum agit, sæpenumero in mentem venit: admonuitque me, quod tractandum suscipiebam argumentum, eiusmodi esse, quod
in vulg.